23

INCIPIUNT CURATIONES CAPITULATIONIS SECUNDAE FELICITER

Dragma pondus est denarii argentei qui facit ʒ III. Obolus dragme pars sex-
ta id est scripulus dimedius. Ciatus drag. decem hoc est ʒ XXX. Acetabulum drag.
XV quod facit ʒ XLV. Coclearium drag. dimedia id est ʒ IS. Mina drag. centum
hoc est ʒ CCC. Cotula una — VIIS. Olca habet ʒ XLI & siliqua

AD PURGATIONEM CAPITIS. Oportet diu permanente capitis dolore percipue — I purg
sine febre materiam detrahere praeter tempus quae retentam auferet uel
dentes diutius dolentes potest. Brassicae sucus paribus infusus caput
purgat. dolorem mitigat. ITEM sinapi cocharia duo & aquae mulsae
ciatum unum miscebis calefacies & in ore diutius continebis tunc capite
ore prono defluet. Item malue sem. & uino nigro contritum gargarizatum
tepidum pronus capitis extrahit. Item ysopi fasciculum & origani fasci-
culum in sapa optima sextarium I per triduum macerabis hinc colatam potio
nem bonam calidam contra solem triduo gargarizabis. hoc si per singulos
menses obseruaberis sanus eris non solum capite sed etiam pectore atque stoma(cho).
Item caput si flegmate et frigoribus plenum fuerit ita ut catarron obuenerit
betae rabeae radix contusa linteo tenero exprimitur & sucus in naris
funditur mirifice purgat. AD CATARRON UEL HABUNDANTIA HUMO
RUM CAPITIS. sola ungue balsamo et pice liquida. Item quod statim prosit pi — II
retrum & costum aequis paribus piperis albi partem dimediam sta
fisagriae dr. I. tusa & cribrata commisces dabis in nares ei qui patitur
ut ad se spiritum ducat & statim liberabitur sed & in ore compressum mira
biliter umorem detrahit. AD DOLOREM CAPITIS mentam uiridem & — III
ladanum cum aceto tritam fronte inducto curat mirifice. Item aduersum omnes
dolores capitis et necessario doleat hederae folia mollissime trita ex
aceto et rosaceo fronti inlinuntur. Item hirundinis nidi dilutum aqua
lutum fronte et temporibus que in initium dolores capitis sedat. Item caput si ex
frigore doluerit menastri folia in cibo sumpta autem in aqua decocta
& ea aqua potui data dolorem capitis sedare manifestum est. Con
fectio unguenti ad capitis dolorem aloen tritam cum aceto fronte linabis.
Item stercoris caprini pilulas in aceto resolues & frontem lines.
AD CAPITIS UERTIGINEM axungiam ueterem calidam inponis — IIII
auerace contra frontem & cufia caput ligabis uectoranea admiraberis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscmed1/0051